Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et ceteri fideles libere loqui · necdum p̄dicando pueneruntad omnes gentes. Clausum erat hoc cenaculum · quando u
more cogente apli erant positi erant ~~positi~~ in cenaculo
pp̄t metum iudeorum · et sub silentio se tegebant · quando
uenit dns ianuis clausis · et stetit in medio et dixit eis.
Pax uobis. Sed postquam ille ascendit ad celos · aperuit
hoc cenaculum · quia decima die sue ascensionis · misit eis
spm scm · quo inflamati ceperunt loqui uariis lin
guis magnalia di · et quia prius n audebant xpm
confiteri in sua lingua · postea innumera hunc diuer
sitate linguarum publice p̄dicabant. Et ecce equus albus.
Per equum album corpus et animam xpi intelligere debemus.
Per sessorem autem equi · diuinitatem uerbi que sue p̄sidet humanitati. Hunc autem equum tunc diuinitas ascendit · quando
uerbum di humanam sibi carnem et animam suscipiendo unum.
Sed cum aliud sit equus · aliud equester · quia equus est animal · equester homo. Non hoc in dm cadit in quo non sunt due psone
sed una · in duabus tamen substantiis. Sicut enim homo.
ex anima et carne constans unus homo habetur · ita ipse ex
anima et carne constans · et diuinitate unus est xpc · in
una eademque psona ex duabus constans substantiis.
Bene autem ipse equus cui diuinitas uerbi singulariter p̄sidet.
albus esse describitur quia uiddicet · in homine illo assumpto · nulli peccati obfuscatio inuenitur. Vnde scriptum est.
Qui peccatum non fecit · nec dolus inuentus est in ore eius.
Celo itaque apto equus albus et sessor aspicitur quia ecclia p̄dicante humanitas xpi eique diuinitas gemmis manifestatur.
De cui diuinitate adhuc subiungitur. Et qui sedebat super eum
uocabatur fidelis et uerax. Fidelis quia quicquid promittit
sine dubio adimplebit · uerax quia ipse est patris